Et Juditium praesens Capitaneale Castrense Lublinense Contumatia partium actoris per Nobilem Stanislaum Dembowski citatae non per Nobilem Christopherum Mathedynski plenipotentiarium suum coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis bene obtentum processum esse adinvenit et citatam ulterius procedere decrevit.
Quam Sententiam et decretum praesens praefata pars citata pro iure non suscepit nec in eo acquiescere voluit verum ab eo et cum eodem Magnificum Joannem Firley de Dambrowica Capitaneum Lublinensem ad judicia ordinaria Gratia Tribunalis regni Lublinensis per ministerialem Generalem regni providum Andream Zelasko. movit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae inter Causas pallatus Lublinensis praefigendo.
Quam motionem Magnificus Dominus Capitaneus Lublinensis parti citatae admisit terminum partibus non praemisso inter Causas pallatus Lublinensis Conservando.

Inter Lodwik scabinum arcis Cracoviensis et Referendarium Regni Actio

Proposuit iudicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi judicio Instigator judicii praesentis et spectabilis Jacobus Lodwik de Lod[illegible] actor. contra Reverendum Henricum Firley de Dambrowica Scholasticum Cracoviensem et referendarium regni citatum littera eiusmodi.
Joannes Firley de Dambrowica. Capitaneus Lublinensis vobis Reverendo Henrico Firley de Dambrowica Referendario regni et Scholastico Cracoviensi bonorum oppidi Czemiernicki aliorumque eo pertinentium heredi de bonis suis omnibus vigore regio et nostro Capitaneali ex officio mandamus ut coram nobis iudicioque nostro Castrensi Capitaneali Lublinensi Interimque judiciorum nostrorum Capitanealium in Castro Lublinensi feria secunda ante festum Purificationis Beatae Mariae Virginis proxime ventura cellebrandi

uel tunc quando cellebrabuntur plenarie peremptorieque Comparitiones instigatoris officii nostri Capitanealis necnon Spectabilis ac Nobilis Iacobi Lodwik scabini iuris supremi Magdeburgensis arcis Cracoviensis uti dellatoris qui post translapsum terminum litterisque nostris infrascriptorum eidem translapsa qui sibi translapsi sunt in termino judicii nostri Castri proxime cellebrandi te Cittat ad banniendum et proscribendum te de regno dominiisque illi subiectis ideo quod tu lex … Contraueniendo iuri Communi et potestati nostre Capitaneali uti brachio regali temere sese opponendo fortem intromissionem cum rumore et eiectione tui de bonis tuis praedictis omnibus oppidi Czemiernichi et villarum eo pertinentium … uigore lucrorum plucrorum et uadiorum triplicatorum super te ac eisdem bonis tuis omnibus primum in officio Castrensi Cracoviensi tandem ex remissione in officio nostro Castrensi Lublinensi in Causa ad inscriptionem Castrensem Cracoviensem per te praedicto dellatori super summa duorum millium florenorum pecuniae pollonicalis debiti certi facta pro uadio duorum millium florenorum pecuniae ob non solutionem praedicti debiti principalis duorum millium florenorum pecuniae sue debito ac pro ipsa summa principali instituta legitime obtentorum et perductorum latinorum candem ad requisitionem officiorum uicesgerentis officii nostri … et nobilium certorum non admisisti immo temere ac rebelliter tuas submissas et subordinatas personas denegasti impugnastique quod tibi relatione eiusdem uicesgerentis probabitur … itaque ad uidendum et audiendum praedictam bannitionis poenam super te per iudicium nostrum Capitaneale decerni eamque uoce ministerialis publicari ulteriusque in praemissis prout iuris fuerit contra te procedi, et ea exequi sed mox ea praemissa judicialiter attueris … et auditurus Datum in Castro Lublinensi feria secunda post festum Epiphaniarum Domini proxima Anno Domini millesimo Sexcentesimo decimo.

Et post propositionem suam mox praemisso factam idem actor deducto Citato termino petit eum ad judicialem responsionem Compelli reservatis reseruandis.

Citatus uero per plenipotentem suum dixit teneri dellorem in Causa

pri

17

presenti circa actionem eius ad bannitionem contradicit coram judicio presenti comparere. et causam suam promovere cum vero plenipotens actoris partis delatore ad promovendam causam statuere tenuit exinde citatus petit ab a termino presenti per judicium presens liberari aliis omnibus iuris remedijs sibi pleno in robore reservatis.

Actoris vero pars per suum plenipotentiarium causam presentem posse prosequi dixit cumque iure dictam plenipotentiarius praeter recognoscentis ipsius in absentia sui principalis causam agere potest. statutum vero de mere criminalibus actionibus facto excessu ac crimine ipso dictat. non vero civilibus quae quidem solum bannitionis actum videntur habere. criminalem causam quia instigator officij in absentia delatoris actum tunc licite absolvere potest. quapropter petit parti citatae responsionem decerni reservatis de iure reservandis.

Et Judicium presens Capitaneale Castrense Lublinense controversiarum partium actorea per Nobilem Hieronimum Kopotowski citata vero per Nobilem Christopherum Mallschinski plenipotentiarios suos coram se factis bene diligenterque exaudits et intellectis decrevit teneri delatorem personaliter comparere in puncto presentis bannitionis.

Quam sententiam et decretum presens pars actorea pro iure non suscepit nec in eo acquiescere voluit verum ab eo et cum eo ad Magnificum Capitaneum Lublinensem ad judicia ordinaria generalia tribunalis regni lublinensis proxime celebrandum per Magnificum generalem regni [illegible] Andream Velasko movit terminum ipsi sententiae expurgandae sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae inter causas pallatus Lublinensis prafigendo.

Quam motionem Magnificus Dominus Capitaneus Lublinensis parti actoreae admisit terminum partibus motionis [illegible] inter causas pallatus lublinensis conservando.

Inter eosdem Altera.